



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 3. Firmissime tene.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

bus purgare, non solum scire puniendi sunt, sed ab episcopis ne episcopali dignitate etiam remouendi; c. ex communi gressus diccamus. el. 1. §. volumus de hereticis: vbi scriptum est ita: Si quis enim Episcopus super expurgandum purgare, deponendas estab Episco negligens fuerit, vel remissus: cum id certis indicijs apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locu ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hereticā confundere prauitatem. hęc ibi.

Atque hęc dicta esse volumus de illis, qui cum possint prohibere, non prohibent; nam sunt qui quā doq; multis ex causis tamētē prohibere desiderant, nihilominus non prohibent: vel quia a temporalib. dominis libere in hereticos animaduertere non permittunt vel propter potentiam & multitudinem hereticorum, vel propter auaritiam, quia ab hereticis eorum ve fatoribus pecunia corrupti abstinent ab eorū punitione, vel ob alias causas, quibus saepe succumbit humana fragilitas; quod cum contingerit, sciendum primo est, eos gravissime peccare, ac contrahere etiam heresis suspicionem maiorem vel minorem, pro qualitate impedimenti & circumstantie quam destinunt in hereticos animaduertere.

Diximus breuiter de prelatis ac magistratibus, quibus extirpandorum hereticorum cura imminent. de alijs nunc dicamus, quia textus præsens generaliter dicit reuocandos esse hereticos ab errore, & quamquam neminem excipiāt ab hac obligatione reuocandi errantes in fide, nihilominus non equaliter ad omnes pertinet talis reuocatio. Omissis ergo prælatis quibus (ut diximus) ex officio competit hereticos coegerē, de alijs sit hac certa conclusio. Omnis Christianus obligatus est pœna excommunicationis debet hereticos denunciare. Hęc conclusio est sancta per Gregorium Nonū extravaganti quadā contra Patares, cuius initium est: Excommunicamus. & refertur inter litteras apostolicas pro officio sancti si m. Inquisitionis in qua ita habetur: Itē si quis hereticos scierit, vel aliquos oculata contenticula celebrantes, seu a communī conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat in dicare confessori suo, vel alij p. quē eredat ad prælati sui notitiam peruenire: alioquin excommunicationis ſuia percellatur. hęc ibi. Et de hoc uide copiose p. Joannē Rotā in singularib. fidei sing. 5.

Quod si queratur, an in beredo uerbis huius textus licet prīsq; denūciantur heretici, eos frater nē admōnēti, atq; inducere ut ab errorib; defūtā & resipiscant? & uidetur licere, cū textus id significare uidetur: qui alios cum potest, ab errore nō reuocat. Sed per fraternalm correctionem & admonitionē, uidentur posse reuocari: ea ergo erit primita. Rursus quia in delictis cum proceditur per denūciatiōnem, Euangelica, seu charitatiua monitio precedere debet. c. qualiter & quando. el. 2. de accusatio. & c. licer Heli. de Simo. Postremo, quia Matth. c. 18. scriptū est: Si aut peccauerit in te fratruus, vade & corripe eū inter te & ipsū solū.

Ceterum tutius est in crimine heresis non esse adhibendam correctionem fraternalm antequam denūciantur heretici; sed ea omitta denunciari debet, de quo articulo dictum est plenius infra in hac 2. par. super c. qualiter, & quando.

Causes diuer-
ſe, car episco-
pi quandoq;
in hereticos
e. inde
non salutem
veritas.

Omnis Chri-
stianus obli-
gatus ha-
bituare.

Heterici an-
huius charita-
tis admōnēdi
a se qui priu-
lanteur.

A Ad rationes vero proxime adductas uno uerbo potest responderi, eas non habere locum in crimine heresis; interim tamen uideri Simancam de catho. insit. t. 19. de denūciatiōne, & Joannē Rotā tract. de heret. par. 2. assertione 3. & in singularibus fidei, sing. 5. nu. 21. uersi. Tertio ampliatur.

Postremo quamquā catholicī omnes modo explicato teneantur hereticos ab errorib; reuocare, praēlati coercendo, & fideles reliqui denūciando: ad hoc inter fideles potest considerari maior uel minor obligatio ad id faciendum, sicut ostendit Zanchinus tract. de heret. c. 5. nam quidā preter generalē obligationem iuramento etiam promittunt

& inquirere & indicare hereticos indicibus fidei, c. excommunicamus. §. adūcimus. de heret. Hęc vero grauius peccabant & maiorem contrahent heresis suspicionem, si negligant, (sic ut debent & promisebant) hereticos denūciare. Illi autem qui non presterunt tale iuramentum ex defectu eius circumstantia, non censebuntur rei sicut priores, tamētē non effugiant pœnas latas in eos, qui omiserint denūciare. de quo scriptissimus copiose in hac 2. par. sūper q. 53.

Augustinus † de fide catholica.

Hereticus perseverans aeterniter damnatur, cui nec prodest baptiſmus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcumque bonum, quo ad hoc vt consequatur vitam aeternam.

[†] Hoc habet S. Augustin⁹ in libro de fide ad Petrum Diaconum, c. 9. refert luo in Decreto par. 1. c. 39.

C A P. III.

RIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, omnem hereticū vel schismaticum, cum diabolo & angelis eius, aeterni ignis incendio participandum, [†] al. mancipā dum. tholice fuerit incorporatus & redintegratus Ecclesia [& post pauca.] Omni homini, qui Ecclesia catholica non tenet uitatem neque baptiſmus, neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem.

Gregorius Anastasio Antiocheno.

Dammato auctore, damnantur eius scripture, & libri & opera.

C A P. IV.

FRATERNITATIS tua: & infra. Cum Cælestius atque Pelagius, in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

C O M M E N T. III.

Fraternitatis tua. Desumptus textus ex Beato Gregorio lib. 7. epistola. 47. indictio. 2. regestis. integra clausula apud Gregorium ita habet; Fraternitatis tua scripta suscepit, professionem fidei